

Reuerendi Patris. S. Jeronymi Sano
narole de Ferr. ordinis predica.
torum expositio in ps.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY



Miselix ego omnium auxilio destitutus. Qui celum terramq; offendi. Quo ibo? quo me vertam? ad quem pfugiam? quis mei miserebitur? Ad celum oculos leuare non audeo: quia ei grauius peccavi. in terra refugium non inuenio: quia ei scandalum fui. quid igitur faciam? desperabo? absit. misericors est deus. pius est saluator meus. solus igitur deus refugium meum: ipse non despiciet opus suum: non repellat imaginem suam. Ad te igitur piissime deus tristis ac merens venio: quoniam tu solus spes mea: tu solus refugium meum. Quid autem dicam tibi oculos eleuare non audeam? Verba doloris effundam: Ad misericordiam tuam implorabo: Dicam.



Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.
Deus qui lucem habitas inaccessibilis: Deus absconditus: qui oculis corporeis videri non potes: nec intellectu creato comprehendi: nec lingua hominum (seu angelorum explicari. Deus meus te incomprehensibile quero: te ineffabile inuoco). Quicquid es: qui ubique es. Scio enim te summam esse rem. Si tamen es res: et non potius omnium rerum causa: si tamen et causa non. n. inuenio nomen: quomodo tuam ineffabilem maiestatem nominare queam. Deus inquam qui es quicquid in te est. tu es. n. ipsa sapientia tua: bonitas tua: potentia tua: et summa felicitas tua. Cum itaque sis misericors quid es nisi ipsa misericordia: quid autem sum ego nisi ipsa miseria: ecce ergo o misericordia deus ecce miseria coram te: quid facies o misericordia: certe opus tuum. Numquid poteris recedere a natura tua? Et quod opus tuum? miseriam tollere: homines miseros subleuare: Ergo MISERERE MEI DEUS. Deus inquam misericordia tolle miseriam meam: Tolle peccata mea: et n. sunt summa miseria mea. Subleua me miserum: ostende in me opus tuum: Exerce in me virtutem tuam. Abyssus abyssum inuocat: abyssus miserie inuocat abyssum misericordie. Abyssus peccatorum inuocat abyssum gratiarum: Maior est abyssus misericordie quam abyssus miserie. Absorbeat ergo abyssus abyssum. Absorbeat abyssus misericordie abyssum miserie. MISERERE MEI DEUS SE. AD. AD. J. L. Non secundum misericordiam hominum: que parua est. Sed secundum tuam: que magna est: que immensa est: que incomprehensibilis est: Que omnia peccata in immensum excedit: Secundum illam magnam misericordiam tuam: qua sic dilexisti mundum: ut filium tuum unigenitum dares: Que maior misericordia esse potest: que maior charitas? Quis desperare potest? quis non perfidere? Deus factus est homo: et pro hominibus crucifixus est. Misere ergo deus secundum hanc misericordiam tuam: Qua filium tuum pro nobis tradidisti: qua per ipsum peccata mundi abstulisti: qua per crucem eius omnes homines illuminasti: qua ea que in celis: et que in terris per ipsum instaurasti: Lava me domine in sanguine eius: Illumina me in humilitate eius: instaura me in resurrectione eius. MISERERE MEI DEUS. AD. D. Non secundum paruam misericordiam tuam. Parua. n. misericordia tua est cum homines a corporalibus miseriis subleuas. Magna autem quam peccata dimittis: et homines per gratias tuas super altitudinem terre substolis. Ita domine miserere mei secundum hanc magnam misericordiam tuam: ut me ad te peruertas: ut peccata mea deleas: ut per gratiam tuam me iustifices.

Et fm multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

C Misericordia tua dñe est habundantia pietatis tue: qua miseros pie respicis: Miserationes aut tue sunt opera et processus misericordie tue. Venit maria magdalena ad pedes tuos bone iesu: et achrymis eos lauit: capillis absterxit indulxisti ei: et in pace eam remisisti. hec vna miseratio tua dñe. Petrus negavit et cum iramēto detestatus est te: respexisti eum: amare fleuit: indulxisti ei. Et principes apostolorum eius confirmasti: hec itē miseratio tua dñe. et atro in cruce vnico verbo saluatus est. Paulus in psequutionis seruoze vocatus statim spūs sancto repletus est. Ne sunt miserationes tue dñe. Deficiet omne tpus: si oēs miserationes tuas numerare vellem. Quot. n. iusti tot miserationes. Nullus gloriari pot in se metipso. Veniat oēs iusti siue in celo siue in terra: et iterrogemus eos corā te. An in virtute sua salui facti sint: certe oēs vno corde: vno ore rñdebunt. Non nobis dñe non nobis: s; nomini tuo da gloriā: sup misericordia tua. et veritate tua. Nec enim in gladio suo possederūt terrā: et brachium eorū nō saluauit eos: s; dextera tua et brachiū tuū: Et illuminatio vultus tui: quā complacisti in eis. i. non ex meritis eorū: non ex operibus saluati sunt: Ne quis gloriari possit: s; qz ita placitus est corā te: qd et expressius de se ppheta dixit. Cum ait saluū me fecit: quā voluit me: cum itaqz tu sis idē deus: apud quē non est transmutatio. nec vicissitudinis obumbratio: et nos creature tue sicut et patres nostri: qui ex concupiscētia nati sunt peccatores sicut et nos: vnusqz sit mediator dei et hoium christus iesus: qui manet in eternum. Cur miserationes tuas nō effundis sup nos: quēadmodū et effundisti sup patres nostros: an oblitus es nostri: annos soli pctōres: an nō pro nobis mortuus est christus: An nulle amplius sup sunt misericordie: Dñe deus noster te rogo: te obsecro: Dele iniquitates meam fm multitudinē miserationū tuarum. Nā multe et infinite sunt miserationes tue: Una mihi sufficit: vt videlz fm multitudinem miserationū tuarū deleas iniquitatē meam: vt sicut innumerabiles peccatores traxisti: suscepisti: et iustos reddidisti. Ita me trahere: suscipe: et iustus per gratiā tuam reddere digneris: fm ergo multitudinem miserationū tuarum. **DELE INIQUITATEM MEAM. Absterge cor meū. vt omni iniquitate deleta ac omni inmunditia expulsa fiat sicut tabula mūda: in qua digitus dei legem caritatis sue scribat: cum qua habitare nulla potest iniquitas.**

Ampli⁹ laua me ab iniquitate mea et a pctō meo mūda me.

C fateor dñe semel delesti iniquitatem meā. Delesti itē: lauasti me milies. Adhuc laua me ab iniquitate mea: qz itē cecidi: Nunqd ad certū numerū parcis homini peccatori: Qui petro interrogati. quotiens peccabit in me frater meus et dimittam ei septies: Rñdisti non dico tibi septies: s; et septuagies septies: numerū finitū pro infinito accipiens. Nunqd ergo indulgētia supaberis ab homine: Nōne maior deus hoie: nōne melior hoie: quinimo deus magnus dñs. Et vnica et sola vanitas ois homo viuēs: et solus deus bonus: omnis aut hō mendax. nōne tu dixisti: Quacūqz die ingemuerit pctō: ois iniquitatū eius nō recordabor: Ecce ego pctō ingemisco: qz corrupte sunt cicatrices mee a facie insipientie mee: Misers factus sum et curuatus sum vqz in finē. Tota die tristatus ingredior ad te. Abs

fictus sum & humiliatus sum valde. rugio a gemitu cordis. dñe ante te omne de-
siderium meum: & gemitus meus ad te non est absconditus cor meum perturbatum est
in me dereliquit me virtus mea. & lumen oculorum meorum & spiritum non est meum. Cur
ergo dñe non deles iniquitatem meam. Et si iam delesti eas. Scdm mul. m. tu. am. l.
me ab in. m. adhuc enim imperfecte mundatus sum: pñce opus tuum: Tolle culpam
vniuersam tolle reatum: adauge lumen: accede cor meum charitate tua: expelle ti-
more: qz perfecta charitas foras mittit timorem. Amor mundi: amor carnis: amor
glorie: amor proprius: proorsus a me recedat: Amplius (& magis) ac magis. **LA-
UA AN. AB. IA. AD.** Qua primū peccavi. **ET A. IS. AD.** quo deū offendi.
AN. VA. DA. AN. E. Ut non solum culpam & reatum: sed etiā peccatorum fomitem deleas.
LAUA AN. E. In q̄ aqua gratiarum tuarum: Aqua: de qua qui biberint non sitiet in
eternū. Sed fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. **LAUA ME AQUA LACHRY-
MARUM MEARUM: LAUA ME AQUA SCRIPTURARUM TUARUM: VT INTER EOS CONUMERARI VALEAM:**
Quibus dixisti iam vos mundi estis propter sermonem meum.

**Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum
meum contra me est semper.**

Quāuis. n. ex intuitu misericordie tue: & miserationum tuarum dñe fiducialiter ad
te confugiam. Non tñ venio sicut pharisaeus: qui sanctus apud se orabat: imo se
ipsum laudabat. Et primū suū despiciebat: s; sicut publicanus: qui nec audebat
ad celū oculos leuare. **QUO. IA. J. IA. J. AD. E. L. O.** Dum enim peccata mea p̄so:
non audeo sursum oculos leuare: s; cū publicano humiliatus dico: Deus propitius
esto mihi peccatori: nam inter spem & metum anima mea fluctuat: & modo timore pec-
catorum: que in me cognosco despero: Adodo spe misericordie tue subleuor. Verū
qz maior est misericordia tua: q̄ miseria mea: semp in te dñe sperabo. et miseri-
cordias tuas in eternū cantabo. Scio. n. qz non vis mortē peccatoris: s; vt conuerta-
tur: s; vt iniquitatem suam cognoscat: sed vt peccatum deserat: & ad te veniat: & viuat
Deus meus da mihi: vt in te viuam. **QUO. IA. J. AD. E. L. O. S.** Scio enim q̄
grauis sit: q̄ multa q̄ pernicioſa. **IA. O.** ignoro eam: non abscondo: s; eā ante o-
culos meos sisto: vt lauem eam lachrymis: vt cōfitear aduersum me in iusticiam meam
dño: nā **ET PECCA. AN. E.** quo superbe contra te egi. **QUO. IA. T. RA. AN. EST.**
S. Ideo contra me: qz s; te peccaui. vere s; me: qz contra animam meam: qz añ iudicem
semp me accusat: qz semp & ubiqz me dānat: & adeo s; me: vt sit semp corā me op-
ponēs se mihi. ne ad te mea trāseat orō: vt a me tollat mias tuas: vt eā impediat: ne
ad me transire possit: Ideo cōtremisco: iō ingemisco: iō misericordiam tuam imploro:
sicut ergo dñe tu mihi donasti cognoscere iniquitatem meam: & flere peccatum meum: ita pñ-
ce contritionem meam: imple p̄fessionem meam: p̄duc ad finem satisfactionem meam: Omne
enim datū optimū. Et omne donū perfectū de sursum est descēdēs a te p̄re luminū

**Tibi soli peccaui & malum coram te feci: vt iustificeris.
in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris.**

Maimum tibi soli peccaui: qz mihi p̄cepisti: vt diligerem te pp te: & creaturarū
amorem ad te referre: Ego autē dilexi creaturam magis q̄ te: diligens pp se. Quid
est autē peccare nisi amore inherere creature pp se: qd autē hoc nisi facere contra te:
certe qui amat creaturam pp se: facit creaturam. Deū suū. ego itaqz tibi soli peccaui:

qz creaturam deum meū p̄stitui: abieci ergo te: ⁊ tibi soli iniuriam feci. Nō enim
contra aliq̄ creaturā peccaui: si finē meū in re creata p̄stitui: qz nō mihi p̄ceptū
fuit: vt aliquā creaturā diligerem pp̄ se. Si enim mihi mādasses: vt angelus solū
pp̄ se amare: ⁊ ego pecuniā pp̄ se dilexissem vtqz angelo peccassem: at cū tu solū
lus diligēdus pp̄ sis te: ⁊ creatura amāda sit in te ⁊ ad te: equidē tibi soli peccaui
q̄n pp̄ se creaturā amari: s; qd̄ deterius est. **ET ADA. CO. I. f.** Non enim eras
hui peccare corā te. O deus quot pctā cōmisi corā te: que nullo pacto corāz boi-
bus perpetrassem: imo que nullo modo boies scire voluissem: timui magis ho-
mines q̄ te: qz cecus eram ⁊ cecitatē amabā ideo nec videbā: nec cōsiderabāz te:
oculos solum carnis habebā: ideo solū boies: qui caro sunt: cernebā: eosqz time-
bam: Verū tu oīa pctā mea intuebaris: ⁊ enumerabas ea: ideo nec ea celare tibi:
nec tergiuersari: nec fugere a facie tua potero. Quo ibo a spiritu tuo? ⁊ quo a fa-
cie tua fugiam? quid igitur faciā? quo me uertā? quem inueniā defensorē? quē ob-
secro? nisi te deus meus? Quis adeo bonus? quis ita pius? quis taz misericors?
qui pietate (oēs creaturas incōprehensibiliter superas: tibi enīz p̄p̄riū est mi-
sereri ⁊ parcere: qui oīpotentiā tuā) maxime parcendo ⁊ miserando manifestas
fateor dñe tibi soli peccaui: ⁊ maluz corā te feci: miserere mei: ⁊ oīpotentiā tuam
manifesta in me. **UT IIA. IIA S. I. U.** Nam tu dixisti nō veni vocare iustos:
sed pctōres ad p̄niam: iustificare dñe in sermonibus tuis. Uoca me. suscipe me.
da mihi agere fructū dignū penitentie. p̄pter hoc. n. crucifixus es. p̄pterea mor-
tuis es: ⁊ sepultus. Dixisti etiā cū exaltatus fuero a terra: omnia trabā ad me ip-
sum: iustificare in sermonibus tuis. trabe me post te: curremus in odorē unguen-
torum tuorū. Dixisti itēz venite ad me oēs: qui laboratis: ⁊ onerati estis: ⁊ ego re-
ficiāz vos: Ecce venio ad te onustus peccatis: laborās die ac nocte in gemitu cor-
dis mei: refice me dñe: vt iustificeris in s̄monib⁹ tuis. **ET U. IIA. LUAN. IIA.**
Nam multi dicūt nō est salus illi in deo eius: deus dereliquit euz: vince dñe istos:
cum iudicaris ab eis: ne me derelinquas vsqz quaqz da mihi misericordiā ⁊ salu-
tem: ⁊ victi sunt. Aiunt enīz q̄ mei nō misereberis: q̄ me p̄icies a facie tua: quia
me amplius nō suscipies. ita iudicaris ab hominibus: ita de te loquūtur homi-
nes: hec sunt eorū iudicia: sed tu pius: tu misericors. miserere mei: ⁊ vince eorū iu-
dicia: ostende in me misericordiā tuā: laudetur in me pietas tua: fac me vnū de
vasis misericordie tue: **UT IAS.** in sermo. tu. ⁊ vincas cum iudī. Te enim ho-
mines indicant rigidū: ⁊ seueruz. vince tua pietate ⁊ dulcedine iudiciū eorum: vt
discant boies peccatoribus misereri: ⁊ accendant delinquētes ad penitentiā vi-
dentes in me pietatem ⁊ dulcedinem tuam.

**Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: ⁊ in pec-
catis concepit me mater mea.**

C Ne respicias dñe gravitatez peccatorū meorū: ne consideres multitudinē: sed
agnosce figmētum tuū: recordare qm̄ puluis sum: ⁊ oīs caro fenuz. **ECCLE. IA.** in
iniqui. cō. sum: ⁊ in pec. con. me mater mea. Mater in q̄ carnalis ex p̄cupiscentiā
me p̄cepit: ⁊ in ea peccatū originale p̄traxi. quid autē est peccatuz originale nisi pri-
uatio iustitie originalis ⁊ rectitudinis totius hominis: ideo hō conceptus ⁊ na-
tus in huiusmodi pctō. Totus obliquus est: tot⁹ curuus. caro p̄cupiscit aduer-
sus spiritū: ratio debilis est: voluntas infirma: hō fragilis ⁊ similis vanitati. sen-

sus decipiunt enim: imaginatio fallit: ignorantia ducit euz per iniurias: infinita habet obstacula: que ipsuz a bono retrahunt: et ad malum impellunt: peccatū itaqz originale radix est oīuz peccatoꝝ formes omnīū iniquitatuꝝ: Quis. n. in quolibet homine ex natura sua sit vnum: virtute tamen est oīa peccata. Vides itaqz dñe: quid sum: et vnde sum: in peccato. n. originali: qđ omnes iniquitates et oīa peccata cōtinet: cōceptus sum: et in eo cōcepit me mater mea. In peccatis ego totus natus) et laqueis vndiqz circūdatus quomodo effugere potero: non. n. quod volo: hoc ago: sed qđ nolo malum hoc facio: qz inuenio aliam legem in mēbris meis repugnantes legi mētis mee et captiuantes me in lege peccati et mortis: Eo itaqz magis pietas tua me subleuet: quomodo me fragilioꝝ et tot laqueis circūdatus intuetur. Quis. n. nō misereat infirmo: quis nō cōpatiatur languido? Veni veni dulcis samaritane: et vulneratū semiuinū subleua: vulnera mea cura: vinū et oleū infunde: pone me sup iumentū tuuz: duc in stabulū: cōmēda me stabulario: pfer duos denarios: et dic ei: Quicquid sup erogaueris: Ego cū rediero reddam tibi.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi.

Veni dulcissime samaritane. ecce. n. veritatē dilexisti: Veritatē in q̄ pmissio num: quas humano generi fecisti: eas nimirum dilexisti: qz eas fecisti: et seruasti. Nam tuum diligere ipsuz est bñfacere. in te ipso. n. imutabilis es: nec (sicut nos modo amas: modo non amas: vt actus tue dilectionis trāseat et redeat. Sed tu es totus amor: qui nunq̄ mutatur: Deus. n. charitas est: tuū itaqz diligere creaturam: est ei bñfacere: et quibus melius facis: hos magis diligis. Quid est ergo tuum diligere veritatē) nisi facere et seruare veritatē: Abzabe pmissisti filiū: cum iam esset senex et Sarra sterilis et vetula: pmissionē seruasti: qz veritates dilexisti. Filijs israel terrā fluentem lac et mel spopōdisti: et tandem tradidisti: qz veritates dilexisti. David pollicitus es dicens: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam: factū est: qz veritatē dilexisti. Innumerabiles fuere pmissiōes tue: in qbus semper fidelis fuisti: quare semper fidelis fuisti: quia veritates dilexisti. Peccatoribus ad te cōfugientibus veniā et gratiā pmissisti: et neminē vnq̄ fraudasti: qz veritatē dilexisti. filius ille pdigus: qui abiit in regionem longinq̄: et dissipauit vniuersam substantias suam viuendo luxuriose: ad se reuersus venit ad te dicēs: Pater peccani in celum: et coram te iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis: cum ad huc longe esset oculis tue pietatis intuitus es eum: occurristi ei: cecidisti sup colū eius: Et osculatus es eum: ptulisti stolā primā: anulū in manu eius: et calciamēta in pedes eius posuisti: vitulū saginatū occidisti: Totam domū letificasti: dicēs: letemur et epulemur: qz hic filius meus mortuus fuerat et reniuixit: pierat et inuētus est. Cur hec dñe deus: nēpe qz veritatē dilexisti: dilige ergo pater misericordiaz banc veritates in me: qui ad te reuertoꝝ de regione longinqua: occurre mihi: et osculum oris tui da: redde prima ornamēta: trabe me in domū tuā: occide vitulū saginatū: vt in me letent omnes qui sperant in te: Et pariter epulemur in cōuiujs spiritualibus. Nam dñe mihi soli (non custodies banc veritatem: si iniquitates obseruaueris dñe: dñe qs sustinebit? Equidem non obseruabis iniquitates: quia veritatem dilexisti. Dilexisti quidē imenso amore: que nāqz est veritas quā dilexisti? Nōne filius tuus: qui dicit) ego sum via veritas et vita: ipse. n. est veritas a qua oīs veritas in celo et in ter

ra noiatur: hanc igitur dilexisti: et in ea sola tibi complacuisse. et quod est quod in ea sola tibi complacuisse: quia eas sola sine macula inuenisti: et pro peccatoribus eas mori voluisti. Custodi ergo deus hanc veritatem. Ecce ego peccator magnus: in quo tu custodias eas cui tu indulgeas peccata multa: que sanguine christi tui abluas: que per passionem eius redimas. Cur domine hanc de filio tuo noticiam: cur hanc de eo fidem tradidisti mihi? Nam ut maiori afficiam dolore: vides redemptionem meam: et minime attinges eam: absit. sed ut intelliges mihi paratam veniam approbendam illam per christi gratiam: Redime me ergo me domine: nam **YACERIT ET OL. S. T. AD. M. J.** Ut hec ipsa cognitio me adiuuet: et ad salutem producat. hec profecto non cognouerunt philosophi: hec fuerunt eis incerta: hec erant eis penitus occulta: hec ante incarnationem filii tui: exceptis paucis: quos tu dilexisti: nullus hominum cognouit. Scrutatores cordis curiosissimi (sapientes dico huius seculi transcelum oculos leuauerunt. et hanc tuam sapientiam inuenire non potuerunt: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus: et reuelasti ea paruulis: id est humilibus piscatoribus) et sanctis prophetis tuis qui ea nobis tradiderunt: si ergo incerta et o. s. t. scripturarumque tuarum manifestasti mihi. Cur frustra ea cognosco: frustra autem cognosco illa: si me ad salutem non producant. Nam et philosophi cum cognouissent deum: non sicut deus glorificauerunt aut gratias egerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis. Dicentes. n. se esse sapientes stulti facti sunt. non de numero istorum me esse patieris: absit. Tu es. n. ipsa misericordia: que penitentes nunquam deserit. parce ergo domine: parce famulo tuo: et iube ipse esse in numero uulorum tuorum: ut incerta et o. s. t. sapientie tue: que manifestasti ei: ducant eum ad fontem sapientie: que est in excelsis: ut lauderis in opere misericordie tue: quam feceris cum seruo tuo domine: qui nunquam deseris sperantem in te.

Asperges me domine ysope et mundabor: lauabis me et super niuem dealbabor.

Quia domine veritatem dilexisti et in cer. et oc. sap. tue. m. mi. spe magna cepti: et credo: quod non repelles me a facie tua: aspergi. me ysope: Et mundabor: ysopeus est herba humilis calida et odorifera: que quod aliud significat. quam filium tuum. d. n. iesum christum: qui humiliavit semetipsum usque ad mortem: mortem autem crucis: qui calore sue immense caritatis dilexit nos: et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: qui odore bonitatis et mansuetudinis sue atque iustitie totum mundum suauitate repleuit: hoc ergo yso. asp. me: quoniam virtutem sanguinis eius effundes super me: quoniam per fidem habitabit christus in me: quoniam per dilectionem ei coniunctus fuero: quoniam humilitatem eius: et passionem imitabor: Tunc **LAUABOR** ab omnibus immunditijs meis. Tunc **LAUABIS** me lachrymis meis a christi amore fluentibus. tunc laborabo in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis. s. m. r. Tunc ergo lauabis me et **SUPER NIUEM** dealbabor: quia tua maxima luce perfundar: que omnem corporalem superat candorem: Et per eam amore celestium bonorum accensus omnes carnis affectus relinquam frigidus ad terrena: et ad celestia inflammatus.

Auditui meo dabis gaudium et letitiam: et exultabunt ossa humiliata.

Tunc. n. domine orabo ad te: et mane. i. in initio lucis tue exaudies vocem meam: Audiamque quod loquat in me dominus deus: quoniam loquetur paces in plebem suam: Dabisque mihi pacem domine: pacem dabis mihi quia in te speravi: **A. U. M. D. G. E. I.** cum audiam quod

audiuit maria. Et quid audiuit maria? De illa loquor: que fletit secus pedes tuos quid igitur hec audiuit? fides tua te saluam fecit: Vade in pace. audiatur quod audiuit latro: hodie mecum eris in paradiso: Gaudium itaque mihi erit de remissione peccatorum. letitia de promissione bonorum. Nunquam non gaudebo? Et non letabor quoniam reddes duplicia pro omnibus peccatis meis. Tunc gustare incipiam quoniam dulcis es domine: tunc discam in celestibus habitare: tunc dicam cum prophetis: Quod magna multitudo dulcedinis tue domine: quam abscondisti timetibus te. tunc gaudebo et letabor: **ET EXUL. OS. M. V. A. N. J.** Quid sunt ossa que carnem sustinent: nisi anime rationales vires: que carnis nostre fragilitatem portant: ne in omnia vitia fluat. Ne totus homo efficiatur caro: penitusque tabescat: ossa ergo hec humiliata sunt: quia nimis debilitata est ratio: et voluntas ad malum valde pronata. Jam iam non caro obedit rationi. Sed ratio carni. vitis resistere non possum: quia ossa mea humiliata sunt. Et quare humiliata: quia reliquerunt te fontem aque viue. Et foderunt sibi cisternas dissipatas que continere non valent aquas: quia gratia tua non sunt replete: sine qua nemo potest bene viuere: sine te enim nihil possumus facere. Confidebant in virtute sua: que non erat virtus. Ideo defecerunt in stultitia sua: veniat ergo virtus tua domine: et exultabunt ossa humiliata: Veniat gratia tua: veniat fides: que per dilectionem operatur: Veniat virtutes et dona: et exultabunt ossa humiliata: exultabit quippe ratio: letabit memoria: gaudebit voluntas: nimis exultabunt: quia extra se salient. Dum ad bona opera perducunt: virtute magna exercebunt in eis: nec deficiet: sed te iuuante ad finem usque perducet.

Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cur domine respicis peccata mea: cur numeras ea: cur adeo diligenter consideras: num quid nescis: quia homo tanquam flos agri: cur non respicis potius in faciem christi tui? bene me miserum. Cur video te mihi iratum: peccaui fateor. Sed tu benignus miserere mei **AUERTE. f. T. A. M. D.** facies tua cognitio tua est: Auerte itaque cognitionem tuam a peccatis meis. Non loquor de cognitione simplicis apprehensionis: qua omnia semper vides. Sed de cognitione approbationis et reprobationis: qua opera iustorum approbas: et peccata impiorum reprobando condemnas. Noli mea peccata ita cognoscere: ut mihi imputes ea: Sed auer. f. tu. a. p. meis: Ut per misericordiam tuam deleantur. Respice domine animam: quam creasti: respice imaginem tuam quam formasti. Tu enim creasti eam ad imaginem tuam: et ego miser super induxi imaginem dyaboli. Auerte domine faciem tuam ab imagine dyaboli: Ut non irasceris mihi: et respice imaginem tuam: ut miserere mei o misericors domine: recordare: quia sacheum ascendentem in arborem siccomorum respexisti: et in domum eius descendisti: quod plane nunquam fecisses. si imaginem dyaboli in eo respexistes: sed quia imaginem tuam in eo vidisti compassus es ei et salutem ei tribuisti: ipse male ablata restituere quadruplicata et dimidium bonorum suorum pauperibus erogare permisit: Et persequentus est misericordiam et salutem. ego me totum trado tibi: nihil mihi reseruo: tibi spiritus seruire sincero corde promitto: vota mea reddam omnibus diebus vite mee. Cur ergo domine in me quoque non respicis imaginem tuam: Ut quod ad hoc peccata mea consideras: auerte obsecro faciem tuam a peccatis meis. **ET O. J. M. D. E. O. S. G. dele.** Ut nulla remaneat: scriptum est. n. q. totam legem suauerit: in vno autem offenderit factus est omni reus. i. factus est reus gehene: que est pena omnium peccatorum: que ducit ad mortem dele ergo omnes iniquitates meas. Ne vlla te offendat: que me omnium reum faciat.

**Cor mundum crea in me deus: et spiritum rectum in
noua in visceribus meis.**

Coram cor meum dereliquit me: nunc de me cogitat sue salutis penitus oblitum: per denia vagatur: peregre profectus est. Sequitur vanitates: et oculi eius in finibus terre. Vocavi ipsum: et non respondit mihi: abiit: perijt: in peccatis venudatum est: quid ergo domine quid dicam? **CO. R. M. C. R. J. A. M. E. D. E. U. S.** Cor humane: cor mansuetum: cor pacificum: cor benignum: cor pium: quod nulli inferat malum: quod malum pro malo non reddat: Sed pro malo bonum: quod te super omnia diligat: Te semper cogitet: de te loquatur: tibi gratias agat: in hymnis et canticis spiritualibus delectetur: in celis reuersetur: Cor tale crea in me deus: ex nihilo producat illud. Ut quale non potest esse per naturam: fiat tale per gratiam. hec enim a te solo per creationem in animam venit: hec est forma cordis mundi: hec omnes virtutes secum trahens omnia vitia pariter expellit. Cor itaque mundum per gratiam tuam. Crea in me deus. **ET SPIRITUS. J. A. J. A. U. M.** Spiritus enim tuus deducet me in viam rectam: quia me a terrenis affectibus purgabit. et ad celestia subleuabit. Amas. n. et amatus sunt unum: qui ergo amat corpora: corpus est. Qui vero spiritum diligit: spiritus est. Da mihi spiritum te amantem: teque summum spiritum adorantem. Nam spiritus est deus: et eos qui adorant eum in spiritu (et veritate operis adorare. Da spiritum rectum: non que sua) sed que tua sunt querentem in noua spiritum rectum in visceribus meis: in noua quia primum quem mihi dederas peccata mea extingerunt. Da spiritum nouum: qui inueteratum est. Nam anima mea spiritus est: et a te ita creata: ut in se tecta sit: ex natura. n. sua (te super se amat: et propter te omnia desiderat: nam amor naturalis rectus est eo quod a te est: sed ex prava voluntate sua in peccatis inueteratus est: Et amorem naturalem perturbescere fecit in noua ergo hunc spiritum) et hunc amorem per gratiam etiam: Ut recte incedat secundum naturam suam. in noua in visceribus meis ut in tus radicibus ita firmet: ut nunc amplius possit euelli: in noua in visceribus meis: ut semper amore celesti me. vrat: semper me faciat ad te suspirare: te iugiter amplecti: et nunc deserere.

**Ne proicias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum
ne auferas a me.**

Ecce domine sto ante faciem tuam: ut inueniam misericordiam tuam: sto ante bonitates et benignitatem tuam: Expecto gratam remissionem tuam: ne proicias me a facie tua profusum: quis vnquam domine venit ad te et profusus abscessit? Quis rogauit faciem tuam. et vanus abiit? certe abundantia pietatis tue. et merita supplicum excedis et vota: pluramque prestat quibus homines desiderare aut intelligere possunt. a seculo non est auditus: quod venientem ad te reiceris a facie tua profusum. Numquid domine primus ero a facie tua proiectus? An a me vis initium habere confundendi venientes ad te: num amplius non vis misereri et parcere? absit. Cananea te sequebatur: clamabat: vocibus aera implebat. Discipulos tuos ad compassionem provocabat. Et tu tacebas: ipsa perseuerabat pulsans: te adorabat dicens. Domine adiuna me: At tu nec sic respondebas. Discipuli rogauerunt pro ea dicentes: dimitte eam: quia clamat post nos. quid obsecro? quid domine eis respondisti? equidem quod inaniter flebat: quod frustra laborabat: dixisti. n. non sum misus nisi ad oues que perierunt domus israel. Quid hoc audito debuit cananea fa

cere: utiq; de gratia quã desiderabat desperare. nec tñ desperavit: sed confidens de tua misericordia iter atq; iter rogabat dicens: dñe adiuua me: cui importune insistenti dñe rñdisti: non est bonum tollere panẽ filioꝝ: & mittere canibus: ac si patenter dixisses: recede a me. Vos cananei canes estis: imundi estis: idolatre estis: dona gratiarũ celestium ad vos nõ pertinet: nõ debeo ea tollere iudeis deũ vob; colentibus: & dare vobis canibus demones adorantibus. qd nunc facies o cananea? Erubescere iam: & recede: q; iratus est dñs: nõ solũ tibi (s; & vniverse genti tue: quis dñe deus ad hec tua verba p̄susus nõ recessisset: quis nõ sub murmurasset: quis nõ te crudelem iudicasset: & tñ hec ipsa mulier in oratione p̄stitit: sp̄ non amisit: verba dura nõ egre tulit: nõ irata est: s; magis humiliata) & ipetitione p̄sistens p̄sidenter dixit: etiã dñe vob; est: qd dicitis: s; panem nõ peto: gratias filioꝝ nõ postulo. q; catula ego sum. Adicas peto: que cadũt de mensa filioꝝ tuorum. ipsi miraculis & gratijs abũdent: mihi autẽ hec minima gratia nõ negetur: vt filia mea a demonio liberetur. nã & catelli edunt de micis que cadũt de mensa dñoꝝ suoꝝ. Ecce quãta fides: quãta fiducia: quãta humilitas. Ideo tu nõ iratus de eius importunitate (s; gaudius de illius virtute dixisti. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Cur hec scripta sunt dñe deus: vt discamus in te sperare: vt in oratione pie & humiliter p̄seneremus: q; dare vis. sed regnũ celoz vimpatur: & violenti rapiũt illud. quecũq; scripta sunt) ad nostrã doctrinã scripta sunt: Ut per patientiã & p̄solationẽ scripturarũ sp̄ habeamus. Ne ergo proicias me a facie tua dñe: qui die noctuq; ante faciẽ tuam flens & eiulans sto: non vt me liberet a demonij opp̄sione corporali: Sed vt aĩam meã eripias ab eius potestate spiritali. ne me p̄fundas bone iesu q; in te solo spero. nõ est mihi salus: nisi in te dñe. Omnes. n. dereliquerũt me: Mã & fratres & filij mei abiecerunt me viscera mea abominantur me: neminẽ amplius habeo adiutorẽ p̄ter te. Ne ergo proicias me a facie tua: **ET SPIRITUS SANCTUS. IESU. ADE. Nemo p̄t dicere dominũ iesum nisi in spũ scõ: itaq; si ego inuoco te dñe iesu: hoc facio in spiritu scõ. Si de peccatis cõmissis doleo: si veniã peto: hoc certe facio in spũ scõ. Jõ te obsecro: spiritũ sanctum tuũ ne auferas a me: ut mecũ sit & mecũ laboret. Nam quid oremus sicut oportet nescimus: sed spiritus adiuuat infirmitatem nrã: & postulat pro nobis idest postulare nos facit gemitibus in enarrabilibus. Ne ergo spiritũ sanctũ tuum auferas a me: vt me orare doceat: & in labore me adiuuet: faciatq; me in orõnibus & lachrymis p̄sistere: vt tandẽ inueniã grã corã te: & seruiã tibi oĩbus diebus vite mee.**

Redde mihi letitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me.

Cũ magnã peto dñe: quã tu deus magnus dñs & rex magnus sup oēs deos: Tibi iniuriam facit: qui a te parua petit: Parua sunt oĩa: que transeunt: parua sunt oĩa corporalia. magna & preciosa sp̄ritualia. Tolle spiritus: tolle aĩam a corpore: qd remanet (nisi stercus: qd: nũ puluis & umbra: Ergo tñ distat iter sp̄ritum & corpus) quantũ inter corpus & vimbam eius. Qui igitur petit a te corporea: parua petit: qui vero sp̄ritualia: magna profecto postulat: maxima autẽ: qui tui salutaris letitiã petit. Quid est. n. salutare tuum nisi iesus filius tuus: hic est verus deus & vita eterna. Cur ergo a te p̄re immenso & liberalissimo hoc sala

tare nō petam: quem pro me super lignis tradidisti. Tu enim mihi obtulisti: quare
petere ipsius erubescam: Adaximū et infinitū munus est: non sum ego tanto mu-
nere dignus. te tamen decet tam magna dare. propter hanc itaque ineffabilem pieta-
tem audeo ad te fiducialiter accedere: et salutaris tui letitias petere: Nam si a pa-
tre carnis sue petierit quispiam filius piscis: nunquam porriget ei serpētem: et si petierit
ouum: nunquam dabit ei scorpionem: et si petierit panem nunquam dabit ei lapidem:
Si ergo patres carnales cum mali sunt (et peccatores) norunt bona eis a te data
dare filiis suis: quanto magis tu pater celestis: qui per essentiā bonus es: dabis spi-
ritum bonū petentibus te: Ecce filius tuus de regione longinqua (reuersus do-
lens et penitens petit a te piscis fidei: sicut. n. piscis latitat sub aquis: ita fides est
de his que nō videtur. Petiit dico fidem vera. ut letetur in salutari tuo: nunquam
porriges ei serpentem: Nunquam dabis ei infidelitatis venena de tortuoso et anti-
quo serpente dyabolo. p̄ficiētia: peto a te dñe ouum spei: ut sicut ex ouo sperat
pullus: ita ex spe ad visionē salutaris tui mihi venire cōcedas: ut de ipsa spe egre-
diatur visio qua si pullus de ouo: peto ouum spei: ut interim spe ipsa subleuetur
anima mea in hac lachrymarum valle: Et letetur in salutari tuo: nunquam dabis mihi
desperationis scorpionē: ut sicut scorpio in extremitate caude habet venenū: ita
et ego in extremo vite mee reserue peccatū: blandiarque mihi in illecebris mundi:
sicut scorpio in facie blandiri videt: Peto etiā a te panem charitatis christi: qua-
se sicut panis omnibus cōmunicat: ut semp gaudeā in salutari tuo: nunquam lapides
dabis mihi: hoc est cordis duritiā: absit. Cur itaque diffidas petere) et impetrare
magna a te dñe: qui me sentias et inuitas ad petendū et pulsandū vsq; ad impo-
tunitatē: Quid vero tibi gratū magis et mihi salubrius petere possum: quā ut red-
das mihi letitiam salutaris tui: Jam gustauī quā dulcis sit dñs: quā leue et suauē sit
onus eius. Ademor sum quāta pace: quāta animi tranquillitate fruebar: quā in dño
gaudebam: et exultabas in deo iesu meo: ideo nūc magis doleo: quia scio quā pdidi:
Scio quā marina bona amisi: ideo importune clamo: redde mihi. leti. salutaris tui:
Redde quod p̄pter peccata mea mihi abstulisti. redde quod mea culpa pdidi: redde
obsecro per merita eius. qui semp stat ad dexterā tuā: et interpellat pro nobis: ut
per ipsius sentiam te mihi placatus: ut sit signaculū super cor meū: ut dicam cum
apostolo: christo cōfirmus super cruci: uiuo autē iam non ego: uiuero in me christus.
Verum quia magna est fragilitas mea: **S̄ Ī P̄ R̄ Ī T̄ Ū Ī P̄ R̄ Ī C̄ Ō R̄ Ī Ā M̄ Ē.**
Ut nullis p̄turbationibus a christo separari valeas. nullis terroribus a te recedere:
nullis cruciatibus infirmari. Non. n. virtus mea tanta est: ut pugnare possit cum
antiquo serpente: et ei p̄ualere. Petrus me docuit: quāta sit infirmitas nostra:
ipse vidit te dñe iesu: et tecū familiarissime cōuersatus est: gloriā tuam in monte
gustauit: quando trāfiguratus es. Vocem patris audiuit. Adira opera tua oculis
suis cōspexit: Ipse quoque virtute tua miracula plura fecit: super aquas pedibus
ambulauit: verba tua tam potentia tam suauia quotidie audiuit: feruentissime
fidei videbatur: dicebatque separatim tecum: et in carcerē et in mortē ire: et cum nega-
tionē ipsius denūciaret ei: non tibi credebat: in virtute sua cōfidebat: Adagis si-
bi homini: quā tibi deo fidē adhibebat. At cum ancilla dixit ei: tu de illis es: illico
territus negauit. Venit alia ancilla: et dixit: vere tu ex illis es. Iterū negauit: non
potuit coram muliercula stare: quomodo stetit coram regibus et tiranis: et cum
iterū ab astantibus interrogaret: et accusaret: cepit iurare: et detestari: quia non no-

missit te. Quid putas dicebant: arbitror quod per deum et per legem moysi iurabat
quod te non nouerat. et detestabatur dicens. Putatis vos me discipulum esse huius sa-
maritani: seductoris: ac demoniaci: qui nostram legem destruxit: ego discipulus
sum moysi: hunc autem nescio unde sit: Deo gratias: quia cessauit interrogatio. si enim non
cessasset interrogatio: nec quidem cessasset negatio. Nulle interrogaciones mille fu-
issent negaciones: imo mille periuria (et detestaciones. Sed bene interrogaciones fue-
runt verba. Quid rogo si iudei uenissent ad uerba: nihil certe petrus reliquisset)
quo se per negaciones: et periuria: detestaciones (ac blasphemias de manibus eorum
explicuisset. Tu autem pie domine respexisti eum: et statim petrum suum cognouit: nec tamen au-
sus est in medium prostrare. Et profiteri te filium dei esse: quia nondum confirmatus erat uir-
tute ex alto. Nam proculdubio ite negasset: si flagella sibi preparata uidisset: ideo
maturiore consilio egressus est foras: et fleuit amare. Tu uero post resurrectionem
tuam apparuisti ei: consolatus es eum: nihilominus latebat propter metum iudeorum: uidi-
dit te in celum tam gloriose ascendente: et angelorum uisione) consolationemque confortatus
est: nec tamen adhuc in publicum prodire audebat: Experimentia quippe didicerat fragili-
tatem suam probauerat infirmitatem. ideo expectabat promissum spiritum sanctum. Ve-
nit: et repleuit gratia pectus eius: tunc perdidit: tunc loqui cepit: tunc uirtute magna te
testimonium resurrectionis tue reddidit: tunc principes sacerdotum et reges non timuit:
sed gloriabatur in tribulationibus: Crucemque pro summis delictis amplectabatur: ita
quia domine in spiritu principalis. com. me. ut iugiter permaneam in leticia salutaris tui: alioquin com-
tra tot bella persistere non possum: caro concupiscit aduersus spiritum: mundus undique
me premit: dyabolus non dormit: da mihi uirtutem spiritus tui: ut cadam a latere meo
mille: et decem milia a dextris meis: ut sim fidelis et fortis testis fidei tue. Si. n. pe-
trus queque tot muneribus et gratiis donaueras. Ita miserabiliter cecidit: quod ego
domine: quid facerem: qui nec te in carne uidi: nec gloriam tuam in morte gustavi: nec mi-
racula tua: aspexi. Quinimo opera tua mirifica uix a longe intellexi: tuamque uocem
nunc audiui: sed in peccatis semper fui: Spiritu itaque principali confirma me: ut in
tuo obsequio perseuerare ualeam: et dare pro te animam meam.

Docebo iniquos uias tuas: et impij ad te conuertentur.

Non hoc domine temeritati ascribas: si docere cupio iniquos uias tuas. Non enim
iniquus: infamis: et in uinculis: iniquos docere cupio: sed si reddideris mihi leti-
ciam. **SAL. LXX.** Si me spiritu principali confirmaueris: si me liber miseris: tunc
docebo iniquos uias tuas: Non enim hoc est tibi difficile: quia de lapidibus potes sus-
citare filios abrae. Nec peccata possunt obstare tibi: si uolueris hoc facere: quinimo ubi
abundauit peccatum (superabundauit et gratia. Saulus spirans minax et cedis in dis-
cipulos domini: potestate accepit: ut si quos inueniret uiros) ac mulieres te sequen-
tes: Tuamque fidem profitentes: uinctos produceret in Ierusalem: ibat ergo furis in-
nectus: sicut lupus rapax. ut oues tuas disperderet (raperet) et occideret: dum ergo
esset in uia: in seruoze persecutionis: in actu peccati: Dum te persequeretur: dum tuos
occidere uellet: dum nulla ei inesset ad gratiam preparatio: nullaque peccati cognitio
quam totis iuribus tibi aduersabatur: te blasphemabat: teque detestabatur: ecce uox pie-
tatis tue super eum dicens: Saule saule quid me persequeris? Qua uoce illico prostra-
tus et erectus est: prostratus corpore: erectus mente: excitasti dormientem: oculis
somnia grauatis infudisti lucem tuam: ostendisti faciem tuam: effudisti ineffabilem mi-

seruicordiam tuam. Surrexit mortuus: oculos aperuit: vidit te: Et ait: Domine quod
me vis facere: misisti lupum ad agnum: misisti eum ad ananiam: baptizatus est et
repente spiritu sancto repletus factus est vas electionis ad portandum nomen tu-
um coram regibus: et gentibus: et filiis israel. Continuo ergo ingressus synago-
gas intrepidus predicauit te: affirmans: quoniam tu es christus. Disputabat in-
ualefcebat: et confundebat iudeos: ecce domine quia statim de persecutore fecisti eum
predicatore: et tale ac tam magnum ut plus ceteris apost. laborauerit. O mirabilis
virtus tua: si uolueris de iniquo facere iustum: de persecutore predicatorem quis pro-
hibebit: Quis resistet tibi: quis dicere poterit cur ita facis: omnia quecumque uol-
uisti: fecisti in celo et in terra: in mari et in omnibus abyssis. Non ergo arrogan-
tie imputetur: si non mea sed tua uirtute docere cupio iniquos uias tuas: Scio. n.
me nihil tibi offerre posse: quod oculis tue pietatis magis placeat: hoc sacrificium
est omnium maximum. Nihil etiam possum facere mihi uilius. Si ergo me in alium
uirum mutaueris. **DOCEBO INIQUOS VIAS TUAS.** Non uias
platonis: non aristotelis non implicationes sillogismorum: non philosophie dogma-
ta: non rhetorum inflata uerba: non negocia secularia: non uias uanitatis: non uias
ducentes ad mortem: Sed uias tuas (et precepta tua: que ducunt ad uitam: non unam
uiam tantum: sed multas uias: quia multa sunt precepta tua: omnes tamen iste uie ter-
minantur ad unam: omnes enim in una copulantur charitate: que a deo coniungit ani-
mos fidelium: ut fiat eis cor unum et anima una in domino. Uel certe diuerse uie di-
uerse uite sunt: per aliam namque incedunt clerici: per aliam monachi: per aliam men-
dicantes: aliamque tenent matrimonio coniuncti: aliam in uiduitate degentes et con-
tinentes: aliam uirgines: aliam sequuntur principes: aliam doctores: aliam mer-
catores: Denique diuersi status hominum: per diuersas uias ad patriam celestem pro-
ficiscuntur. Docebo itaque iniquos uias tuas: unumquemque iuxta conditionem) et ca-
pitulum suum. **ET INDIJ AD TELELIA.** Quia predicabo eis: non me ipsum: sed
christum crucifixum: Ideo non ad laudes meas: sed ad te conuertentur: reliquet. n.
uias suas. Ut uenientes ad tuas: per eas incedant: et ad te perueniant.

**Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et
exultabit lingua mea iusticiam tuam.**

CIn multis sanguinibus suffocor: et de profundis eorum clamo ad te domine: domine
exaudi uocem meam: Ne differas domine: quia morti proximus sum: sanguines mei: peccata
mea sunt: sicut enim in sanguine est uita carnis: ita in peccato est uita peccatoris: ef-
funde sanguinem: moritur anima: effunde per confessionem peccatum moritur pecca-
tor: et iustus efficitur. Ego igitur non solum in sanguine inuolutus sum: sed etiam in
sanguinibus immersus: gurgites sanguinum me trahunt ad inferos: succurre mihi
domine. ne pereas. **Libera me de sanguinibus deus: qui omnia gubernas et moues: qui
solus potes me liberare: in cuius manu est omnis spiritus uite. Libera me de san-
guinibus deus auctor salutis mee: deus in quo solo est salus mea: Libera me domine
sicut liberasti Noe de aquis diluuij: Libera me sicut liberasti lotum de incendio so-
domorum: libera me sicut liberasti filios israel de profundo maris rubri: libera
me sicut liberasti Jonam de ventre ceti. libera me (sicut liberasti tres pueros de
camino ignis ardentis. libera me sicut liberasti petrum de periculo maris. libera
me sicut liberasti paulum de profundo pelagi. libera me sicut liberasti infinitos**

peccatores de manu mortis) et de portis inferni. **ET EXULTABIT LINGUA MEA IUSTITIAM TUAM.** Idest pro iustitiam tuam: quaz in me sentiam per gratiam tuam: Iustitia. n. tua (vt dicit apostolus) est per fidem iesu christi in oēs (et super oēs: qui credunt in eum: exultabit itaq; lingua mea) laudando hanc iustitiam tuam: extollendo gratiam tuam: Magnificando pietatem tuam: confitendo peccata mea: vt in me laudetur misericordia tua: que tam magnū peccatorem dignata sit iustificare: vt cognoscant omnes homines q; saluas sperantes in te: et liberas eos de manu angustie domine deus noster.

Domine labia mea aperies: et os meum annuntiabit laudem tuam.

C Magna res est laus tua dñe: et de tuo fonte procedit: de quo non bibit peccator: Nō est. n. speciosa laus in ore peccatoris. Libera ergo me de sanguinibus deus Deus me. sa. mee et ex. lin. mea in. tuā: Tunc dñe (labia mea aperies: et os meū an. l. tuam. Tu. n. habes clauēs dauid: qui claudis et nemo apit: et apis: et nemo claudit: tunc ergo apies labia mea: sicut apuisti labia infantium) et lactentiu: ex quo ore perfecisti laudem tuā: bi profecto fuerunt prophete et apostoli: ceteri quoq; sancti tui: qui te simplici: et puro corde: et ore laudabāt: non autē ph: et oratores: qui dixerunt linguā nostrā magnificabimus: labia nra a nobis sunt: Quis noster deus est: apiebant ipsi labia sua: nō tu aperiebas ea? Ideo ex eorū ore non perfecisti laudem: infantes tui dñe laudabāt te. et te ipsos despiciebant: ph (dum te laudare gestiebāt: seipsos magnificare volebāt: lactentes tui laudabāt gloriam tuā: quā per grām sup celestem cognoscebant: ph per sola nalia te cognoscentes: laudes tuas perfecte exprimere nō poterant: Sancti tui te corde: et ore) et bonis operibus laudabant: ph solis verbis: et inflata sapiētia: pueri tui in toto terrarū orbē laudes tuas diffuderūt: ph vix paucis discipulis pdicauerunt. Amici tui laudibus tuis innumerabiles hoies a peccatis (ad virtutes: et ad verā felicitatem) querebant: ph nec veras virtutes) nec verā felicitatem cognoscebāt: dilecti tui ineffabilem pietatem tuam: quā ostendisti in filio charitatis tue pdicauerunt: ph hanc nullo pacto intelligere potuerūt. Ex ore itaq; infan. et lact. pfe. la. tuā: semper. n. tibi placuit exaltare hūiles: et humiliare supbos: q; ergo supbis semp resistis: Da mihi verā humilitatē: vt ex ore meo pficias laudem tuā: Da mihi cor puuli: q; nisi puerus fuero sicut puulus: nō potero introire in regnū celoz: fac me sicut vnus de infantibus) (et lactentibus tuis: vt semp pēdeā ab vberibus sapie tue: q; meliora sunt vbera eius vino: Et melior est sapiētia cunctis opibus: et oia que desiderant huic non valēt cōparari: Infinitus. n. thesaurus est hoibus: quo qui vsi sunt: participes facti sunt amicitie dei. si ergo me paruulus feceris: laudem tuam in ore meo perficies: Tunc. n. aperies labia mea) et os meum annū. lau. tuam: Annuntiabit quippe perfecte sicut ex ore infantium et latentium perfecisti laudem.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utiq; bo locaustis et non delectaberis.

C Os meum domine annuntiabit laudem tuam: scio. enim hoc tibi gratissimum esse: cum per prophetam dicas: sacrificium laudis honorificabit

me: illic iter: quo ostendam illi salutare meum: offeram itaq; laudem tibi: laudē
in q̄ infinitū (& lactentium pro omnibus peccatis meis: Et quare laudem) po-
tius q̄ sacrificiū offeram tibi pro omnibus peccatis meis: qm̄ si voluisses sacrifi-
cium dedisses: utiq; holocaustis nō delectaberis. nūquid sanguine bircorum. aut
vitulorū placari poteris: nūquid manducabis carnes taurozum: aut sanguinem
bircorum potabis: an forte aurū queris: qui celum & terram possides: nū vis vt
corpus meū sacrificem tibi: qui non vis mortem peccatoris: sed magis vt cōuer-
tatur. & viuat: Castigabo tñ cum mensura carnē meam: vt per gratiam tuam ra-
tioni subiecta sit: eiq; deseruiat: nā & in hoc si mēsuram excessero: mibi imputa-
bitur ad peccatū rationale (inquit apostolus tuus) obsequiū nostrū. Tu quoq;
dixisti per prophetam: misericordiā volo (& nō sacrificiū. Igitur os meum an-
nūciabit laudem tuā: qz bec oblatio honorificat te: & p̄dit nobis iter ad saluta-
re tuū: paratum cor meū deus: paratum cor meū: paratum per gratiam tuā ad
omnia: que tibi grata sunt faciēda: hoc vnū inueni tibi acceptissimum: hoc offe-
ram tibi: hoc semp̄ erit in corde meo: hoc p̄sonabunt labia mea: qm̄ si voluisses)
sacrificium corporale: utiq; dedissem: paratū enim cor meum per gratiam tuā:
vt impleat voluntatē tuam: s; huiusmodi holocaustis non delectaberis: corpora
enim fecisti propter spiritus: ideo tu spiritualia (nō corpora queris) dicit enim
in quodam loco: prebe fili mi cor tuū mibi) hoc est sacrificium quod tibi placet:
cor dolore peccatorū: & amore celestium bonorū inflāmatum offeratur tibi: Et ne
qua q̄ amplius repetatur: huiusmodi holocausto tu delectaberis.

Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritū & humiliatum deus non despiciet.

C Spiritus quidem contribulatus: nō caro contribulata tibi placet. Nam caro
cōtribulatur: qz terrena: que optat (nō habet: vel certe in se sentitq; odit. Spiritus
vero contristatur de culpa: eo q̄ sit cōtra deū: quem amat. Dolet se suuz crea-
tozem & redemptorē offendisse: se sanguinē eius desperisse: se tam bonū) & dul-
cem patrē contempnisse: hic ergo spūs contribulatus (sacrificium est tibi odoris
suauissimi: ex aromatibus enim amarissimis. i. ex memoria peccatorū conficitur:
Dum enim pctā in mortariolo cordis colligūtur: & pistillo compūctionis contū-
duntur: in puluerēq; redigūtur: atq; aquis lachrymarū humectant: inde fit vn-
guentum & sacrificiū suauissimū tibi: quod oblatū nequa q̄ despiciet. Nam cor
con. & humili. d. non despi. qui ergo cor suū saxum ex durissimis peccatorū lapidi-
bus constructū frangit & conterit: vt inde vnguentum conficiat contritionis) abū-
dantia lachrymarū & de pctōz multitudine (aut grauitate minime desperans)
humiliter tibi hmoi sacrificiū offert: nullo mō a te despicietur: qz cor contri. & hu.
deus nō despiciet. Adaria magdalena in ciuitate peccatrix tale vnguentū p̄fecit:
in alabastro cordis posuit: domus pharisei ingredi nō timuit: secus pedes tuos
prostrata est: flere inter epulas nō erubuit: dolore pressa non loquebatur: sed cor
eius in lachrymis soluebat: quibus lauit pedes tuos: capillis suis terfit: vngue-
to vnxit: & osculari nō cessauit: qz audiuit vnq̄ tale: aut qz vidit huic simile: pla-
euit itaq; tibi hoc eius sacrificiū: & adeo gratū fuit: vt phariseo: qui iustus videba-
tur (eam p̄tuleris. Verbis. n. tuis insinuasti: tātum distare inter iustificationem
marie & iustitiā pharisei: q̄tū inter se distāt lauare pedes aqua) & abluere lachry-

mis: Osculari semel faciem: et non cessare osculari pedes: unguere caput oleo: et unguere pedes unguento preciosissimo: quinimmo longe amplius maria preestabat phariseo: quia ipse nec aquam: nec osculum: nec oleum tibi exhibuerat o magna virtus tua domine: magna potentia tua: que se parcendo: et miserando manifestat: video igitur quia cor cor: et humi: deus non despicit: idcirco huiusmodi cor tibi offerri studeo: nec oportet me hoc verbis suadere: quia tu es deus: qui scrutaris renes et corda: Suscipe ergo et hoc sacrificium meum: quod si forte imperfectum est tu qui solus potes: ipsum perfice (ut fiat holocaustum. i. totum incensum ardore tue immense charitatis: ut tibi placeat: aut ut ipsum saltem non despicias: Si enim non despexeris: scio quod inueniam gratiam: gratiam coram te: Et post hac nullus sanctorum tuorum siue in celo siue in terra) me despiciet.

Benigne fac domine in bona voluntate tua syon: ut edificentur muri hierusalem.

Quia enim scriptum est: cum sancto (sanctus eris: et cum viro innocente innocens eris: et cum electo electus eris: et cum peruerso puerteris: Valde cupio omnes homines salvos fieri: et ad agnitionem veritatis venire: hoc enim et eis necessarium: et mihi utile esset: nam eorum orationibus) meritis et exemplis resurgeres et ad meliora quotidie prouocaret: Rogo ergo te domine (quis peccator: benigne fac in bona **U. L.** syon ut edificentur muri hierusalem. Syon enim ecclesia tua: nam syon interpretatur specula: quia ecclesia tua per gratiam spiritus sancti) gloriam dei pro capitu huius vie speculatur: hinc dicebat apostolus: Nos reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem (tanquam a domini spiritu. Domine deus quia parua est hodie ecclesia tua: iam totus mundus deficit: nam longe plures sunt infideles) quam christiani: Inter christianos autem ubi sunt: qui relictis terrenis gloriam domini speculentur: paucos certe inuenies (comparatione eorum: qui terrena sapiunt: quorum deus venter est: et gloria in confusione ipsorum. Benigne fac domine in bona voluntate tua syon: ut augeatur merito et numero: Respice de celo et fac benigne) iuxta consuetudinem tuam: ut ignem charitatis de celo emittas super nos: qui consumat omnia peccata nostra. fac domine in bona voluntate tua (ut non secundum peccata nostra facias nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis: Sed fac nobis secundum magnam misericordiam tuam. Tu domine pater noster: et redemptor noster: tu pax et gaudium nostrum: tu spes nostra et salus eterna: omnes a te bona expectant: Dante te illis colligetur: aperiente te manum tuam) omnia implebuntur bonitate: auertente autem te faciem turbabuntur: auferes spiritum eorum (et deficiet: et in puluerem suum reuertentur: emitte spiritum tuum: et creabuntur: et renouabis faciem terre. Domine obsecro) que utilitas in damnatione tot millium hominum: infernus impletur (ecclesia quotidie euacuatur: exurge quare obdormis domine? Exurge: et ne repellas in finem: benigne fac in bona voluntate tua syon. **U. L. EDJf. ANTI IERUSALEM.** Quid est hierusalem que interpretatur visio pacis nisi beatorum ciuitas sancta: que est mater nostra. huius muri corruerunt: quando lucifer cum angelis suis corruit: in quorum loca assumuntur homines iusti. benigne igitur fac domine syon ut cito impleatur numerus electorum: et edificentur: perficianturque muri hierusalem) ex lapidibus nouis (te semper laudantibus) et permanentibus in eternum.

Tunc acceptabis sacrificium iusticie oblationes ⁊ holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Tunc cum benigne feceris in bona voluntate tua syon: acceptabis sacrificium iusticie (Acceptabis dico) quia igne tue charitatis consumes: sic. n. sacrificium moysi ⁊ sacrificium helye acceptasti. Tunc. n. sacrificia iusticie acceptas: qñ animas (que iuste viuere satagunt: gr̃a tua ipinguas: quid prodest sacrificia tibi offerre: qñ non acceptas ea: O dñe quot offerimus bodie sacrificia (que tibi grata non sunt: sed potius abominabilia: offerimus enim sacrificia. non iusticie: sed ceremonie: nostre Ideo non sunt tibi accepta: Ubi nũc apostolorum gloria: vbi martyru fortitudo: vbi predicatoru fructus: vbi mōachorum sancta simplicitas: vbi primoru christianorum virtutes ⁊ opera: tunc. n. acceptabas eoru sacrificia: quando gratia tua (⁊ virtutibus eos exornabas. Si quoq; tu benigne feceris syon in bo. vo. tu. tunc acceptabis sacrificium iusticie (quia populus incipit et bene viuere: ⁊ mādāta tua seruare: ac iustitiā facere: ⁊ sup ipsuz erit benedictio tua. Tunc oblationes sacerdotu: ⁊ clericoru; tibi accepte erunt: quia relictis terrenis ad perfectiorem vitam sese accingent: ⁊ vinctio benedictionis tue erit super capita eorum: Tunc grata tibi erunt holocausta religiosoz: qui relicto torpore (⁊ tepiditate eliminata: incendio diuini amoris) omni ex parte consumabuntur: Tunc episcopi ⁊ predicatores imponent super altare tuum vitulos: quia in omni virtute cōsumati: ⁊ spiritu sancto repleti: nō dubitabũt ponere animas suas pro ouibus suis. Altare enim tuũ quid est nisi crux tua bone iesu (super quā oblati fuisti: Quid vitulus lasciuens significat nisi corpus nostrum: tunc ergo imponent super altare tuum vitulos: quādo corpora offerrent cruci. i. cruciatibus) ⁊ morti pronomine tuo: tunc florebũt ecclesia tũc dilatabit terminos suos: tunc laus tua resonabit ab extremis terre: tũc gaudium (⁊ letitia occupabit orbem terrar: tunc exultabũt sancti in gloria: letabũt in cubilibus suis) expectantes nos in terra viuentium: fiat obsecro dñe nunc mibi illud tunc: vt misereris mei secũdum magnam misericordiā tuā: vt suscipias me in sacrificiũ iusticie: in oblationẽ sanctimonie: in holocaustum religiose vite: Et in vitulum crucis tue: per quam transire merear ab hac valle miserie: Ad gloriā illā: quam preparasti Diligentibus **Lc.**

Amen.

El Reuerendo padre. f. Jeronymo poi che fu cōdemnato ala morte. Essendo p' assumere el sacratissimo corpo del nostro signore. Digliādolo ne le proprie mane Disse.


Signore io so che tu se q̄l vero Idio Creatore del mondo (E de lhumana natura. Io so che tu se quella Trinita perfecta Indiuibile Et inseparabile) distinta in tre persone Padre figliolo z Spiritus sancto. Io so che tu se quel Verbo eterno che descendesti de Cielo in terra nel ventre de Maria Vergene: Salisti sul legno de la Croce aspargere el tuo prezioso Sangue per noi miseri peccatori Io te priego Signor mio (Io te priego Salute mia) Io te priego Consolator mio (che tanto prezioso sangue per me non sia sparsa in vano: Ma sia in remissione de tutti emia peccati) De quali io ti chiego perdonanza (dal di che io receueti laqua del sancto Baptesimo infino a questo puncto: Ed icone a te Signor mia colpa: E cusi ti chiego perdono in quello ho offeso questa cita: E tutto questo populo) di cose spirituale e tēporale: Et cusi de ogni cosa che Io per me nō cognoscesse hauere errato: Et humilmete a tutte quelle persone che sono qui cir costante chiego perdonanza (che prieghino Dio per me: E che mi faci forte in su lultimo fine: E chel nemico nō habi possanza sopra di me. Amen.


¶ ¶ ¶ ¶



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text in red ink, possibly a signature or date, located in the center of the page.





Sau.

DIPUTACIÓ DE BARCELONA

Biblioteca de Catalunya

Reg. 478.593

Sig. Manes

Mar. 24h-2º

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001801315

